

Modus illorum districtu- buendum.

seu ingressus in idem Conservatorium alii puellis similiter periclitantibus præcludatur.

§.2. Nos pium institutum hujusmodi, quantum cum Domino possumus, adjuvare, puellasque præfatas, quo facilius statui suo consulere valeant specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac illarum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequentiarum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon quarundam rec. mem. Innocentii PP. XII. Prædecessoris quoque Nostri, favore puellarum alterius Conservatorii sub titulo Divinæ Providentiæ de eadem Urbe in simili forma Brevis die 6. Martii 1694. expeditarum Literarum, ac testamentorum, & aliarum dispositionum quorumcumque Testatorum, & Piorum Largitorum tenores, & alia quæcumque etiam specificam, & individua mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in destinatione, & assignatione septem subsidiorum dotalium puellis supradicti Conservatorii SS. Clementis, & Crescentini pro tempore faciendâ, modus, & forma in dictis literis Innocentii Prædecessoris pro distributione ejusmodi subsidiorum puellis memorati Conservatorii, sub titulo Divinæ Providentiæ, præscripti, in omnibus, & per omnia serventur, itaut puella primodicti Conservatorii ad aliquod ex eisdem septem subsidiis dotalibus per dictum Elemosynarium secretum, & Deputatos pro tempore nominata, nullatenus a præfatis Capitulo, & Canonicis, dictaque Archiconfraternitatis Officialibus, & Ministris de cetero visitentur, nec processionibus, aliisque publicis functionibus præfatis interesse teneantur, sed intra ipsam Conservatorium; Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumere, aliaque pia Opera, sive a dictorum Capituli, & Archiconfraternitatis statutis, sive a quorumvis Testatorum, & Piorum Largitorum, qui eadem subsidia præfata mandarunt, dispositionibus injuncta, adimplere possint, & debeant, puellæque sic nominata ex justa, & rationabili causa per eundem Elemosynarium secretum mutari, seu variari valeant, ac subsidia illa, quæ ob mutationem, seu variationem ejusmodi, vel puellarum quibus destinata fuerant, obitum ante matrimonium, vel monachatum secutum, sive ob cessionem, seu renunciationem ab eis factam, eo quod e prædicto Conservatorio discedere noluerint, aut alias effectum suum sortita non fuerint, aliis puellis ejusdem Conservatorii per ipsos Elemosynarium secretum, & Deputatos pariformiter nominandis assignentur, nec ista in eorum numero, quæ eisdem puellis quotannis assignari debent, ut præfertur, computari, sed alia subsidia, novæque Cedula eorum promissoria a supradictis Capitulo, & Canonicis, dictaque Archiconfraternitatis Officialibus, & Ministris ad favorem aliarum puellarum ejusdem Conservatorii per eisdem Elemosynarium secretum & Deputatos, sicut præmittitur, subrogandarum, seu nominandarum, ipsique Elemosynario modo, & forma prædictis consignari debeant.

§.3. Porro præmissa omnia, & singula locum quoque habere, ac observari volumus, & mandamus quoad quæcumque alia subsidia dotalia, quæ puellæ primodicti Conservatorii a Capitulo, & Canonicis ac Archiconfraternitate præfatis ultra præfixum numerum septenarium hujusmodi, vel a quibusvis aliis Archiconfraternitatibus, Confraternitatibus, Societatibus, Communitatibus, Ecclesiis, Collegiis, Oratoriis, Hospitalibus, Capitulis, Locis piis, ac etiam privatis personis quomodolibet jam obtinuerunt, seu quæcumque obtinuerint. Præterea puellis ejusdem Conservatorii SS. Clementis, & Crescentini, utpote in Regione Regulæ, ut præfertur, positi, quod ad subsidia dotalia puellis dictæ Regionis a Testatoribus, piisque Largitoribus destinata, seu relicta, ab iis, ad quos eorum distributio pertinet, una cum aliis puellis ejusdem Regionis admitti, & imbuulari debeant, illaque consequi, & obtinere libere, & licite possint, & valeant, perinde ac si in dicta Regione natæ, ceterisque qualitatibus ad illa consequenda requisitis, quas sola permanentia in dicto Conservatorio supplere itidem statuimus, prædite forent, auctoritate, & tenore præfatis concedimus, & indulgemus.

Idem modus in aliis quod dotalibus subsidiis servandus.

§.4. Decernentes, easdem præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac puellis dicti Conservatorii SS. Clementis, & Crescentini in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quæcumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præfatis statuti firmatis.

§.5. Non obstantibus quorumcumque Testatorum, ac Piorum Largitorum præfatorum etiam ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quas propter præmissa, sufficienter, & expresse commutamus, ac quibusdam ejusdem Clementis Prædecessoris in pari forma Brevis literis facultatem eligendi, ac visitandi puellas præfatas ratione quatuor subsidiorum Carceratorum nuncupat. ipsis Capitulo, & Canonicis attribuentibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis

Obstantium derogatio.

non obstantibus quorumcumque Testatorum, ac Piorum Largitorum præfatorum etiam ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quas propter præmissa, sufficienter, & expresse commutamus, ac quibusdam ejusdem Clementis Prædecessoris in pari forma Brevis literis facultatem eligendi, ac visitandi puellas præfatas ratione quatuor subsidiorum Carceratorum nuncupat. ipsis Capitulo, & Canonicis attribuentibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis

Fides transumptum.

Dat. die 20. Decem. 1735. An. VI.

busvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, usibus, & consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra, adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Ceterum non intendimus per easdem præfatas literas supradictum Conservatorium in aliquo approbare.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XX. Decembris MDCCXXXV., Pontificatus nostri Anno VI.

F. Card. Oliverius.

CLXX.

Dismembratio Officii Criminalis ab Officiis Civilibus Notariorum Tribunalis Eminentissimi Almæ Urbis Vicarii, & ejusdem respectivè nova erectio: nec non Confirmatio facultatum dicti Eminentissimi Vicarii procedendi tam in Urbe, quam in Suburbis, & Districtu in Causis omnibus Civilibus, & Criminalibus, & Mixtis mere laicalibus, & prophanis, & inter mere laicos ad instar aliorum Romanæ Curie Judicum Ordinariorum.

CLEMENS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI  
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex providus Justitiæ Vindex, ex debito Apostolicæ, sibi ex alto commissæ sollicitudinis munere libenter intendit ad ea, per quæ Justitia ipsa ubique locorum præsertim in Alma Urbe nostra ab expertis, probisque administrata viris, debitum sibi exigat cultum, illumque sic exigens morum consulat probitati, ac criminum obfit pravitati: Et ut pravitas ipsa attentius detegatur, detectaque sibi debitas experiatur pœnas, vetera separat, & nova erigit adorum criminum equa lance exitimandorum, loca, aliaque desuper opportuna decernit, prout ad eliminandam pravitatem hujusmodi conspicit in Domino salubriter expedire.

Bened. XIII. statuit quolibet Decennio deputandum.

§.1. Exposuit siquidem nobis nuper dilectus filius noster Joannes Antonius tituli Sanctorum Silvestri, & Martini in Bull. Rom. Tom. XIV.

Montibus nuncupati de Urbe S. R. E. Presbyter Cardinalis Guadagni nuncupatus noster secundum carnem ex Sorore germana Nepos, nosterque in Urbe præfata, ejusque districtu Vicarius in spiritualibus generalis, quod alias fecit: Benedictus Papa XIII. Prædecessor noster ad promovendum Romanæ Curie Tribunalium bonum per suam Constitutionem, quæ incipit = Summi Apostolatus Officium, = statuit, & decrevit, quod ad litigantium indemnitati, & solatio consulendum singulis decenniis per Successores suos Romanos Pontifices pro tempore existentes unus ex eisdem S. R. E. Cardinalibus deligeretur, qui Judicarias Romanas Curias sub certis modo, & forma, ac cum plena, & libera facultate faciendi, gerendi, corrigendi, exequendi, & exequi faciendi, omnia, & singula, quæ ad earumdem Curiarum, aut alicujus earum, illarumque officiorum Notariatuum, Notariorum, Curforum, & Mandatariorum correctionem, si qua opus esset, & pauperum litigantium juvamen, nec non decretorum & sanctionum super dictarum Curiarum, regimine editarum implementum pertinentia, Apostolica auctoritate, visitaret, & ut visitatio hujusmodi, omniaque in ea gerenda celeriore, & propitiorem sortirentur executionem, eidem Cardinali Visitatori, sic, ut præfertur electo, ut ipse quæcumque mandata, & viva vocis oracula accepta debita executioni demandari, eisque firmiter, & plene obtemperari facere, aliosque Convisitatores, Jurisperitos, Prælatos, aut Forenses, & Curiales viros, qui votum consultivum in Casibus, & rebus ex præfati Cardinalis Visitatoris arbitrio pendentes habent, sibi eligi, libere, & licite valerent, licentiam eadem Apostolica auctoritate, concessit, & indultit: Et alias, prout in præfata Constitutione sub datum Prædite nonas Februarii ejusdem Benedicti Prædecessoris, Pontificatus Anno Secundo expeditis, plenius continetur.

1735. esse aliquem Cardinalem ad visitandam Urbis Tribunalia.

§.2. Proptereaque dictus Joannes Antonius Cardinalis, & Vicarius noster in sui Vicariatus exordio prout circumspicuum decet Præsidentem, suum Vicariatus Tribunal, curiamque ad incorruptæ Justitiæ normam sancte custodiendam, & ad evellendam, si qua reperirentur in iis, absurdorum zizania, visitare cupiens, Justitiamque sitiens, & proxime futuri decenni moras pati nesciens apud nos humiliter enixeque insistit, quatenus sibi, ut ipse per dilectum filium Magistrum Ferdinandum Mariam de Rubéis in utraque signatura nostra Referendarium, virum doctrina, rerumque experientia satis præditum satique commendabilem, dictique Joannis Antonii Cardinalis Locumtenentem universam sui Vicariatus curiam cum omnibus, & singulis præfatis, aliisque ad id necessariis, & opportunis facultatibus visitare facere libere, & licite valerent, concedere de benignitate Apostolica dignemur.

Vicarius Urbis hanc sibi visitationem demandari poterit respectu sui Tribunalis.

§.3. Nos igitur expositis præfatis hilari,

1735.  
Data facultate visitavit.

ri, paternoque a nobis acceptis exauditu  
eisque laudatis in Domino benigne incli-  
nati, petitam licentiam cum omnibus,  
& singulis tam in Benedicti Prædecessoris  
Constitutione præfata (quam hic pro ex-  
pressa, ac de verbo ad verbum nihil pœ-  
nitus omisso haberi volumus pro inserta)  
Cardinali Visitatori generali eligendo præ-  
fato quomodolibet concessis quas ad eum-  
dem Joannem Antonium Cardinalem Vi-  
carium extendimus, quam aliis quibus-  
cumque facultatibus ad id necessariis, &  
opportunitis, Apostolica auctoritate præ-  
fata impartiti fuimus.

Notarius  
Vicarij Urbis  
lites tum Ci-  
viles, tum  
Criminales  
amplectaban-  
tur.

§. 4. Et licet ex visitatione a præfato  
Magistro Ferdinando Maria laudabiliter,  
attenteque peracta quamplura ad debitum  
Justitiæ in Vicariatus Tribunali, decorem  
evenerint bona a nobis excepta, laudata-  
que nihilominus pro eo, quod quatuor di-  
cti Vicariatus Curie Notariatuum officiis  
ab Eugenio IV. Alexandro VI. & Sixto V.  
Romanis Pontificibus eorum Apostolica  
auctoritate ereclis, quæ vacabilia existunt,  
in eorumdem Officiorum respectiva erec-  
tione tam Civilium, quam Criminalium  
causarum cognitio concessa fuit; Ex per-  
mixta causarum hujusmodi cognitione assi-  
gnata, Criminales cause sic Civilibus per-  
mixtæ vigilem illam, quæ eas decet, &  
quam ad procurandum publicum Justitiæ,  
morumque probitatis bonum, exigunt in-  
daginem difficiliter obtinent.

Satis duci-  
tur materia  
hujusmodi se-  
cernere, &  
Notariatuum  
pro causis cri-  
minalibus ca-  
tum erigere.

§. 5. Et attendentes, quod si crimina-  
lium causarum cognitio a causarum Civi-  
lium cognitione, ut infra a nobis, & pro-  
ut sicut etiam accepimus in providis præ-  
fati Benedicti Prædecessoris dilecto etiam  
filio nostro Vincentio tituli S. Honuphrii  
eiusdem S. R. E. Prebytero Cardinali Pe-  
tra nuncupato tunc visitatore generali exi-  
stente id sibi consulente, fuit votis, ab eis-  
dem quatuor officiis præfatis perpetuo ut  
infra dismembraremus, eaque sic dismem-  
brata unum novum Notariatuum officium  
criminale nuncupandum pro causis crimi-  
nalibus ejusdem Tribunalis inibi describendis,  
& agendis, ut infra, eri-  
geremus, & institueremus: Ex dismem-  
bratione, erectione, & Institutione a no-  
bis ut infra faciendis hujusmodi, cause Cri-  
minales inibi debito promoverentur studio,  
& morum pravitas debitas sibi lucret pœ-  
nas, & tueretur honestas.

Quatuor No-  
tarij Vicarij  
prohibetur in  
causis crimi-  
nalibus se in-  
gere.

§. 6. Nos igitur ex provida nostri pasto-  
ralis officii cura laudabilibus dicti Joannis  
Antonii Cardinalis Vicarii erga bonum  
causarum Criminalium in ejus Tribunali  
promovendum votis benigne annuere vo-  
lentes; Motu proprio, & ex certa Scien-  
tia meraque deliberatione nostris, deque  
Apostolicæ potestatis plenitudine a quatuor  
Notariatuum prædictorum officiis, & eo-  
rum quolibet omnem, & quamcumque fa-  
cultatem quomodolibet scribendi, & agen-  
di, in quibuscumque causis Criminalibus  
ad dictum Vicariatus Tribunal quomodoli-  
bet spectantibus, eis, & eorum cuiuslibet  
ab Eugenio Alexandro, & Sixto Prædeces-  
soribus præfatis respective in eorum re-

spective erectione quomodolibet concessam  
perinde ac si eis, & eorum cuiuslibet nun-  
quam concessa fuisset, sine tamen reliqua-  
rum aliarum quarumcumque facultatum,  
ac quorumcumque privilegiorum ac indul-  
torum scribendi, & agendi in causis, aliis-  
que actis Civilibus eis, & eorum cuiuslibet  
a Romanis Pontificibus Prædecessoribus  
nostris per eorum respective literas Aposto-  
licas, seu in forma Brevis, quarum qui-  
dem literarum respective tenores eisdem  
præsentibus similiter pro expressis haberi  
volumus Apostolica auctoritate quomodo-  
libet concessarum, quibus nunc fruuntur  
& gaudent, & quolibet eorum fruuntur,  
& gaudent, ac quas, & quæ omnia eis, &  
eorum cuiuslibet per easdem præfatas, ead-  
em Apostolica auctoritate, approbamus,  
confirmamus, & innovamus, ac quate-  
nus opus sit de novo concedimus, præju-  
dicio; attento etiam, quod quatuor officio-  
rum præfatorum, quæ, ut præfertur va-  
cabilia existunt, vacabilitate in hujusmo-  
di modica eorum detrimentum existit, Apostolica au-  
thoritate, perpetuo dismembramus, au-  
ferimus, delemus, pœnitentique abolemus.

Novum No-  
tariatuum pro  
Causis Crimi-  
nalibus.

§. 7. Eaque a nobis per præfatos sic  
dismembrata, ablata, pœnitentique aboli-  
ta, unum novum Notariatuum dicte Vi-  
cariatus Curie officium Criminale nuncu-  
pandum ad instar aliorum Notariatuum  
Criminalium officiorum Romanæ Curie,  
quod non vacabile existat cum omnibus,  
& singulis facultatibus, licentiis, ac pri-  
vilegiis quibus cetera Romanæ Curie No-  
tariatuum officia gaudent, ac cuius dis-  
positio ad Joannem Antonium nostrum,  
& ad pro tempore existentis Romani Pon-  
tificis Cardinalem Vicarium spectet, &  
pertineat, pro uno Notario a nostro nunc,  
& pro tempore existentis Romani Pon-  
tificis Cardinale Vicario deputando, qui pri-  
vative, quoad reliquos alios Vicariatus  
Curie præfate Notarios quoscumque pro-  
cessus super causis criminalibus ad Vicarij  
Curie hujusmodi Tribunal spectantibus  
formare, & instruere sciat, & valeat, ac  
debeat, & teneatur.

Hic Notario  
interdicitur  
immiscere se  
Causis Civi-  
libus, sub pe-  
na nullitatis  
actuum &c.

§. 8. Cum hoc tamen, quod nullo mo-  
do nulloque pretextu aut quaesito colore  
in quavis causa civili ad quemlibet Nota-  
riorum civilium Vicariatus Curie præfate  
se ingerere præsumat; & si se ingerere  
præsumperit sui Notariatuum officio privatus  
exilat eo ipso, omnesque, & singuli actus  
ab eo in causa civili per eum quomodoli-  
bet gesti, in Judicio, & extra illud exi-  
stant, nulli, & invalidi, nulliusque robo-  
ris, & momenti, prout ex nunc per eas-  
dem præfatas semper fore, & esse decer-  
nimus, & declaramus; Apostolica aucto-  
ritate perpetuo erigimus, & institimus.

Novum offi-  
cium liberæ  
dispositioni  
Vicarij Urbis  
reservatur.

§. 9. Illudque sic erectum, & institutum  
omnimodæ liberæque dispositioni au-  
thoritati, & Jurisdictioni nostri, & Roma-  
ni Pontificis pro tempore existentis Vicarij,  
ita quod sibi illud locare, dislocare, ar-  
rendare, in administrationem concedere,  
omniaque, & singula emolumenta, ex eo  
quo-

quomodolibet provenientia in ipsius Nota-  
riatus Officii criminalis nuncupati a nobis  
per præfatos ereclis, ministrorumque ei  
inservientium mantentionem, & si quæ  
detraclis mantentione hujusmodi, aliis-  
que expensis super fuerint in dicti Notaria-  
tus Officii a nobis per præfatos ereclis hu-  
jusmodi, aliosque pios usus pro ejus libero,  
providoque arbitrio convertere nostra,  
vel cuiusvis alterius licentia desuper mi-  
nime requisita, eadem Apostolica aucto-  
ritate perpetuo subiciimus, & subiectum  
esse volumus.

Præfati Vi-  
cario confir-  
mantur facultates  
alias ei  
concessas a  
Pontificibus  
ac præfatis  
a Bened. XIII.

§. 10. Ac insuper cupientes, quod præ-  
fatus Joannes Antonius Cardinalis Vicari-  
us omnimodam liberamque sui Vicaria-  
tus tam in Urbe præfata, quam in ejus  
districtu in Civiles, & Criminales causas  
ad eum quomodolibet spectantes cumula-  
tivam cum omnibus aliis Judiciis Ordina-  
riis Urbis Jurisdictionem pacifice exer-  
cere valeat, sibi omnes, & singulas facultates  
Cardinali Romani Pontificis Vicario  
pro tempore existenti concessas a pluribus  
Romanis Pontificibus Prædecessoribus no-  
stris præfatis a Clemente X. Innocen-  
tio XIII. & a præfato Benedicto per suum  
motum proprium desuper editum tenoris  
sequentis videlicet:

Bened. XIII.  
Breve.

§. 11. Benedictus Episcopus Servus Ser-  
vorum Dei. Ad futuram rei memoriam.  
In supremo Apostolatus folio meritis licet  
imparibus divina dispositio constituti ex  
incumbenti Nobis Pastoralis Officii debito  
ad ea libenter intendimus, per quæ Almæ  
Urbis nostre prospero statui, & felici dire-  
ctioni opportune consulitur, & propterea  
ea, quæ desuper a Prædecessoribus Nostris  
Romanis Pontificibus provide facta fuisse  
comperimus partim approbamus, & confir-  
mamus, partim vero aliis justis causis  
ita suadentibus alteramus, & immuta-  
mus, ac facultates, & Jurisdictiones,  
etiam de novo concedimus, & indulgemus,  
aliasque ejusdem Officii nostri partes  
favorabiliter interponimus, prout rerum,  
temporum, & personarum, illarum præ-  
fertim, quas in partem Apostolicæ solici-  
tudinis evocavit Altissimus, qualitate pen-  
sata conspiciamus in Domino salubriter ex-  
pedire. Sane cum sicut accepimus alias fe-  
re Innocentius Papa XIII. Prædecessor  
noster officium Vicariatus almæ Urbis no-  
stræ tunc suæ, & illius suburbiorum, &  
Districtus, quod etiam alias præ me. Pau-  
lus Papa IV. etiam Prædecessor noster pro  
uno ex S. R. E. Cardinalibus, qui illud per  
pro tempore existentem Romanum Ponti-  
ficem sibi concessam absque dispensatione  
Apostolica ad ejus vitam obtineret, & per  
se ipsum, seu ab eo Deputatos Vicegeren-  
tem, & suffraganeum, ac in Civilibus, &  
criminalibus Locumtenentes exerceret de  
fratrum suorum consilio, & communi con-  
sensu erexit, & instituit prout in erectione,  
& institutione hujusmodi, & seu forsan de-  
super concessis literis plenius continetur,  
quodque alias bo. me. Joannes Dominicus  
tituli S. Anastasii ejusdem S. R. E. Presbyter  
Cardinalis Parracianus nuncupatus etiam

Bull. Rom. Tom. XIV.

dum viveret, obtinebat per obitum dicti  
Joannis Dominici Cardinalis, qui apud Sedem  
Apostolicam debitum naturæ persol-  
verat vacans ad prosperum, & felicem  
statum dictæ Urbis in spiritualibus dirigend-  
um sollicitis studiis intendens ad Venerabilem  
Fratrem nostrum tunc suum Fabritium  
eiusdem S. R. E. Cardinalem Paulum  
nuncupatum tunc Episcopum Alba-  
nen. ob eximia circumspeditionis indu-  
striam, cognitam bonitatem, singularem in-  
tegritatem, atque prudentiam fidei, ac  
justitiæ zelum, & in magnis, & arduis præ-  
fata S. R. E. cuius honorabile membrum  
existit negotiis experientiam comproba-  
tam, nec non alia multiplicum virtutum  
bona, quibus eius personam illarum largi-  
tor Altissimus insignivit, direxerit oculos  
sua mentis certam in Domino spem ha-  
bens, quod idem Fabritius Cardinalis gra-  
tia ei assistente divina officium ipsum sum-  
ma cum prudentia, fidelitate, & diligen-  
tia exercuisset, motu suo proprio non ad  
eiusdem Fabritii Cardinalis, vel alterius  
pro eo eidem Innocentio Prædecessori su-  
per hoc oblata petitionis instantiam sed ex  
certa scientia, meraque deliberatione suis  
deque Apostolicæ potestatis plenitudine,  
officium præfatum sic vacans eidem Fabritio  
Cardinali per eum quoad viveret, aut  
Vicegerentem & suffraganeum, nec non  
locumtenentem, seu locumtenentes suum,  
vel suos exercendum cum omnibus, & sin-  
gulis privilegiis, facultatibus, prærogati-  
vis, præeminentiis, immunitatibus, exem-  
ptionibus, & Jurisdictionibus, nec non hono-  
ribus, & oneribus, Judiciibus, & emo-  
lumentis solitis, & consuetis, quibus alii  
in dicta Urbe, Suburbis, & districtu præ-  
dictis Vicarij in spiritualibus Romanorum  
Pontificum Prædecessorum suorum pro  
tempore fuerant, uti, potiri, frui, & gau-  
dere potuerunt, seu etiam debuerunt, au-  
thoritate Apostolica concesserit, & assigna-  
verit, & alias prout in dicti Innocentii  
Prædecessoris in forma Brevis sub Annulo  
Piscatoris desuper expeditis literis, etiam  
plenius continetur, & subinde singularum  
dictarum literarum, aliorumque præmis-  
sorum tenores, etiam veriores, ac datas,  
nec non alias d. Officii Vicariatus facultates,  
si quæ essent: pro expressis habens ante-  
dictas Officii Vicariatus hujusmodi concessio-  
nem, & assignationem, motu, scientia, &  
potestatis plenitudine similibus, confirma-  
verit, & approbaverit, ipsumque Fabritium  
Cardinalem in suum, & Urbis, ac Subur-  
biorum, & Districtus præfatorum Vicarium;  
nec non Rom: Curie Judicem Ordinarium  
denuo assumpserit, constituerit, & depu-  
taverit, curam, regimen, & administra-  
tionem, liberumque exercitium officii hu-  
jusmodi, vel plenarie committendo cum  
potestate omnia, & singula faciendi, ge-  
rendi, disponendi, ordinandi, mandan-  
di, & exequendi, quæ ad hujusmodi Vi-  
cariatus Officium de Jure, stylo, consue-  
tudine, aut alias quomodolibet pertinere,  
dignoscebantur, & quæ omnes alii Vicarij  
Urbis, ejusque Suburbiorum, & Districtus  
H 2 de

de Jure, stylo, & consuetudine, vel alio quocumque modo, & titulo dicere, facere, ordinare, mandare. & exequi potuerant, & debebant, ac etiam vigore omnium, & quorumcumque Indultorum, facultatum, & privilegiorum per se. re. Paulum secundum, Clementem Septimum, Paulum Tertium, Julium item Tertium, Pium Quartum, Pium Quintum, Clementem Octavum, aliosque Romanos Pontifices Prædecessores nostros tunc suos concessorum ante literas piæ me. Pauli Papæ V. etiam Prædecessoris nostri tunc sui sub datum Kal. Martii Anno Incarnationis Dominicæ Millefimo Sexcentesimo Undecimo super reformatione Tribunalium Urbis editas cum declarationibus tamen, & reformationibus contentis in literis prædicti Pauli Papæ V. iuxta quas, & respectivo ad eum statum, in quo erant ante easdem literas præfati Pauli V. etiam se. re. Innocentius Papa XII. similiter Prædecessor noster tunc dicti Innocentii XIII. in suis literis super suppressione, abolitione, & abrogatione Tribunalium, & Judicium Urbis ex privilegiis constitutorum editis, & expeditis 15. Kal. Octobris anno eiusdem Incarnationis Dominicæ Millefimo Sexcentesimo Nonagesimo Secundo facultates, privilegia, & Indulta Vicario pro tempore existenti dictæ Urbis ejusque Districtus per præfatos, & alios etiam posteriores Romanos Pontifices concessa in Judicialibus dumtaxat reduxit, seu reformavit, quas quidem Constitutiones Prædecessorum huiusmodi, omniaque, & singula Indulta, facultates, & privilegia, ut præfertur officio Vicariatus huiusmodi, & Vicariis præfatis in Judicialibus concessa, & ad statum præfatum redacta, quarum, & quorum tenores idem Innocentius XIII. Prædecessor pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habens salvas, & salva esse, ac in suo firmitatis robore permanere declaravit, voluit, & mandavit, nec non illas & illa pro potiori cautela, Apostolica auctoritate approbaverit, confirmaverit, & innovaverit, eisdemque modis, & formis, quibus ab ipsis Prædecessoribus suis emanarunt, similibus auctoritate, & tenore de novo perpetuo concesserit, & indulserit, firmis quoque, & illæsis remanentibus aliis Indultis, privilegiis, & facultatibus Judicialia non respicientibus eidem pro tempore existenti Vicario, & Vicariatus officio quocumque etiam post dictam reformationem præfati Pauli V. Prædecessoris concessis, & reformatis, & quomodolibet competentibus, ipsi sume Fabritium Cardinalem in præfata Urbe, ejusque Suburbis, & Districtu Vicarium in præmissis, & circa præmissa, seu quolibet ipsorum competentem Judicem, & executorem motu, scientia, & auctoritate paribus declaraverit, & constituerit, & deputaverit, & ut officium præfatum idem Fabritius Cardinalis melius, & liberius prosequi valerit motu pari, de quoque scientia, & potestatis plenitudine similibus mandaverit omnibus, & singulis, ad quos spectat, cujuscumque status, digni-

tatis, ordinis, gradus, vel conditionis existere, quatenus in exequendis iis, quæ ad officium ejus præfatum, & Jurisdictionem pertinere noscebantur, omnibus possibilibus auxiliis, consiliis, & favoribus opportunis assisterent, eique pariter obedirent, prout ipsi Innocentio XIII. Prædecessori dictoque Fabritio Cardinali literas præfatas in omnibus, & per omnia suffragari debere, illasque, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus facultatibus, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus nullatenus comprehendi, nec per eas immutari, suspendi, limitari, moderari, aut ad terminos Juris reduci posse, sed perpetuo validas, & efficaces fore, & esse, & quidquid illarum vigore a dicto Fabritio Cardinale gestum, statutum, factum, mandatum, Indultum, & executum foret, perpetuam Juris, & roboris firmitatem obtineret, & nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis dicti Innocentii XIII. Prædecessoris, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel ad terminos Juris reduci, seu in Jus, vel controversiam revocari, ac omnes, & singulos processus, sententias, quos, & quas per quoscumque Judices, & officiales in præjudicium attributa, & concessa sibi Jurisdictionis præfata haberi, & promulgari contigisset, nullas, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfata S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet qualibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quavis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere, & si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate voluerit, decreverit, & statuerit, ac alias, prout in memorati Innocentii XIII. Prædecessoris sub datum videlicet 13. Kal. Octobris Pontificatus sui anno Secundo expeditis literis plenius continetur. Cumque, sicut etiam accepimus etiam alias se. pariter re. Clemens Papa X. etiam Prædecessor noster bo. me. Gasparem dum viveret eiusdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Carpinea nuncupatum in suum, & dictæ Urbis Suburbiorum, ac Districtus præfatorum Vicarium, nec non Romanæ Curie Judicem Ordinarium ad Universitatem omnium, & quarumcumque causarum cuiusvis qualitatis, & speciei, etiam si essent mere laicales, & prophane, & inter mere laicos, ad instar aliorum Romanæ Curie Judicum Ordinariorum, ita ut inter eum, & illos nulla considerari posset differentia, etiam si ageretur in gradu recursus a sententia tantum Judicium Urbis, & Districtus, & inter quascumque personas exemptas, & speciali nota dignas, & quæ speciale mentionem requirerent, assumpserit, constituerit, & deputaverit, ac alias, prout in aliis eiusdem

dem Clementis X. Prædecessoris sub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ millefimo sexcentesimo septuagesimo primo pridie Idus Augusti Pontificatus sui Anno II. expeditis literis, etiam plenius continetur. Nos igitur qui quantum cum Domino possumus, ad rerum omnium statum salubriter dirigendum nostræ Considerationis intuitum libenter extendimus, & in iis, quæ ad illarum regimen, & gubernium profutura cognovimus, opem, & operas nostras impendimus efficaces, eundem Fabritium Cardinalem modernum Episcopum Portuensem, & S. Rufinæ dioc. Almæ Urbis nostræ, ejusque Districtus, & Suburbiorum Vicarium in spiritualibus generalem amplioribus favoribus, & gratis prosequi, ac dicti Vicariatus officii indemnitati, ac feliciori regimini providere volentes, eundem Fabritium Cardinalem, & Vicarium, aliosque pro tempore dicti Vicariatus officio potuituros, & gavissimos in Jurisdictione Vicariatus dictæ Urbis illiusque Suburbiorum, & Districtus iuxta præfatas literas Apostolicas per dictum Clementem X. Prædecessorem favore memorati Gasparis Cardinalis de Carpinea nuncupati dictæ Urbis, ac Suburbiorum, & Districtus Vicarii in spiritualibus generalis emanatas in ea tantum parte, in qua idem Clemens X. Prædecessor disposuit Cardinalem Vicarium Urbis, ac Districtus, & Suburbiorum præfatorum habere Jurisdictionem cumulativam cum omnibus aliis Judicibus Ordinariis Urbis præfate in causis civilibus & criminalibus, etiam mixtis inter personas mere laicas, & in causis omnibus mere laicalibus, & prophanis motu pari non ad eundem Fabritium Cardinalem, & ceteri Urbis præfate ac Districtus, & Suburbiorum huiusmodi Vicarii, qui pro tempore erunt; eorumque Vicegerentes, & suffraganei, ac Locumtenentes, aliique Judices, ab eis deputati, ac pro tempore deputandi, Jurisdictione cumulativa cum omnibus aliis Judicibus Ordinariis Urbis præfate, ut supra libere, & licite uti possint, & valeant absque eo, quod a quocumque quavis auctoritate, prætextu, aut causa impediri quoquo modo possint, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfata S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, Sedisque Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quavis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere, & si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§. 12. Non obstant. dicta Constitutione præfati Innocentii XII. Prædecessoris nostri, cui quatenus opus sit in hac tantum parte, aliisque Reformationibus, & Decretis a quibusvis Judicibus quavis auctoritate fungentibus, ac etiam vivæ vocis oraculo emanatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, stylo Palatii, Regulis Cancellariæ Apostolicæ prohibentibus mandata executiva alias quam sub plumbo expeditis, ac facultatibus, & Jurisdictionibus præfata Almæ Urbis Gubernatori, Senatori, & Populo Romano, & Causarum Curie Camera Apostolica generali Auditori, Præfidi, & Magistris Viarum, ac præfata S. R. E. Cardinalibus, ac aliis quibusvis Judicibus, & Officialibus, etiam laicalibus quacumque auctoritate fungentibus, & quibuscumque aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & fortioribus decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam concistorialiter per nos, seu quoscumque alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros in contrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, etiam si cautum sit in eis expresse, quod illis nullatenus, vel non nisi sub certis inibi expressis & nominatis modis, & formis derogari, seu contra illa quidquam concedi possit. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorum totis tenoribus, specialibus, specificis, expressis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertis, & forma in illis tradita observata forent, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, Motu, & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse, nec illa eisdem presentibus adversari, vel obstare volumus ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus etiam, quod earundem presentium transumptis semper, & quocumque stetur, & plenaria fides adhibeatur, tam in Judicio, quam extra illud, ac si eadem presentes exhibita, vel ostensa forent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reintegrationis, restitutionis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ millefimo septingentesimo vigesimo quarto, sexto.

Suprapostum Breve innovatur pro Eminentiſſimo Cardin. Gurdagni.

Eique concedit ea ſtatueret, que pauperum indementiari conſultare poſſunt.

Præſens Conſtitutio nullo notari vicio poteſt.

ſextodecimo Kalend. Septembris, Pontificatus noſtri Anno I.

§.13. Eidem Joanni Antonio Cardinali Vicario noſtro, Motu, & auctoritate noſtris ſimilibus approbamus, confirmamus, innovamus, eique de novo concedimus, ac illas ſemper adverſus quodcumque Juris impedimentum ſibi ſuffragari debere & quidquid ſecus adverſus eas, contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§.14. Ac demum eidem Joanni Antonio Cardinali, de cujus præcipuo, erga felicem Tribunalis ſibi commiſſi hujusmodi ſucceſſum ſtudio plurimum in Domino coſidimus, ut ipſe tanquam noſter, & ſecundis Apoſtolicæ delegatus omnia, & ſingula, quæ in ſui Vicariatus Curia ad rectius dirigendos Juſtitie tramites, & ad pauperum litigantium magis conſulendum indementitati, rerum neceſſitas, & temporum ſibi ſuaſerit opportunitas, facere, innovare, decernere, & ſtatueret libere, & licite poſſit, & valeat, plenam licentiam, plenamque facultatem earumdem pariter tenore præſentium concedimus, & impartimur.

§.15. Nec non præſentes, omniaque, & ſingula in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod Notarii præſati aliique intereſſe habentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, vel ex eo, quod illa de facto proceſſiſſe dici poſſent, ſive etiam proceſſerint, aut ex alia quavis juridica, & legitima, etiam neceſſario exprimenda cauſa vel quocumque prætextu de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, & ad terminos juris reduci, aut in jus, vel controverſiam revocari, aut adverſus illa quodcumque juris, facti, vel gratiæ, aut aperiſionis oris remedium impetrari, aut etiam Motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus concedi, vel ſub quibuſvis Conſtitutionibus Apoſtolicis, vel Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis editis, & edendis, ac literis Apoſtolicis in contrarium etiam Motu pari, & Concilioſaliter emanatis, aut quibus aliis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, nullo unquam tempore poſſe, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa erant validiſſimum ſtatim reſtituta, reſpoſita, & plenarie reintegrata, ac de novo, etiam ſub quacumque poſteriori data per præſatum Joannem Antonium Cardinalem noſtrum, & pro tempore exiſtentem Romani Pontificis Cardinalem Vicarium, quæcumque eligenda conceſſa, validaque, & efficacia fore, & eſſe, ſicque, & non alias per quocumque Judices, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuiſlibet aliter judicandi, & diſſiniendi facultate, & auctoritate, judicari, & diſſini-

ri debere; irritumque pariter, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§.16. Non obſtantibus quatenus opus ſit noſtra, & Cancellariæ prædictæ Regula de jure quæſito non tollendo nec non Apoſtolicis, etiam in Provincialibus, Synodalibus, & Univerſalibus Conciliis editis, & edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quatuor dicti Vicariatus Curie hujusmodi primodiſtorum Notariatum Officiorum reſpective erectione, dictique Tribunalis Vicariatus, aliorumque Tribunalium, nec non Urbis præſatæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis cuique ex Tribunalibus præſatis, etiam ſuper jure ſimiles Cauſas, etiam private quoad alios cognoscendi, & terminandi, & aliis quibuſvis, etiam Motu ſimili, & concilioſaliter, aut alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi alias pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inferri forent, eiſdem præſentibus etiam pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe Motu pari harum ſerie derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§.17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innovationis, conceſſionis, diſmembrationis, ablationis, delationis, abolitionis, decreti, declarationis, erectionis, jurisdictionis, ſubjectionis, licentiæ, impartitionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo trigefimo quinto, nono Kalen. Januarii, Pontificatus noſtri Anno VI.

F. Card. Oliverius.

Claſſula penales contra Temerarios hujus Decreti.

Dat. die 24. Decem. 1735. An. VI.

Con-

CLXXI.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium quo prohibetur in futurum Capitulo Generali Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupat, Congregationis Hispaniæ, & Indiarum, quominus concedat Provincialatus honorarios.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Abusus in Provinciam Hispaniam, & Indiarum in vestibus Provincialis honorarii titulos gradusque concedendi.

§.1. Nuper pro parte dilecti filii Alphonsi a Magdalena, Fratris expressè professi ac Vicarii Generalis Congregationis Hispaniæ, & Indiarum Ordinis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum Congregationi Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſita expoſito, quod pluribus ab hinc annis in eadem Congregatione abusus conferendi nonnullis Religioſis Congregationis præſatæ, qui minus Miniſtri Provincialis minime exercuerant, gradus, honores, vocem, privilegia, & exemptiones, quibus gaudere ſolebant illi, qui Provincialatus hujusmodi munere functi fuerunt, cum nomine Provincialium honorariorum, irreſperat, totumque id in detrimentum Regularis obſervantiæ redundabat, ambitionis cauſam præbebat, & in Religionis ruinam tendebat, inter Religioſos invidiam concitabat, nec non in multis diſſidia fovebat, videns non eſſe neceſſarios labores in Religione pro acquirendis illis honoribus, & exemptionibus, qui de Jure ſolum illis imperterbantur, idque aliarum diſſenſionum cauſa fuerat.

Procurator Generalis id interdici ſupplicat.

§.2. Et in eadem expoſitione ſubjuncto quod Capitulum generale dictæ Congregationis die 20. Maii proxime venturi celebrandum erat, ipſe Alphoſus providebat, quod juxta abuſum prædictum in antecedentibus Capitulis introductum forſan aliqui non deficient, qui ſimiles gradus, honores, & exemptiones Miniſtrorum Provincialium abſque eo, quod Miniſtri Provinciales fuerint, poſtulerent, ideoque pro parte ejuſdem Alphoſi præſatæ Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut ad præcludendam januam ad tam pernicioſas poſtulationes, & ad providendum tot abuſibus tam Vicario Generali, ac cuiſcumque alii pro tempore exiſtenti Superiori, quam Definitoribus, ac Capitulis Provincialibus, & Generalibus ſimiles gradus, & exemptiones conferendi facultatem interdici plurimum cupiebat, & caſu, quo illi deinceps contra prohibitionem præſatam ejuſmodi gradus conferre auderent, nulli, & irriti haberentur, emanavit prædicta Congregatione Cardinalium.

Decretum Congregationis Episcoporum & Regularium ſuper hoc.

§.3. Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet Sacra Congregatio Eminentiffimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſita,

attenta Relatione Procuratoris Generalis uper expoſitis, cenſuit reſcribendum, pro ut præſentis Decreti vigore benigne reſcribit: Pro prohibitione in futurum capitulo generali concedendi gradus honorarios Romæ die 16. Decembris 1735. Card. Franciſcus Barberinus C. Archiepiſcopus Chalcedonen. Secr. loco \* Sigilli.

§.4. Cum autem ſicut dictus Alphoſus nobis ſubinde expoſiſſet, ipſe Decretum hujusmodi quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communi, ſummopere deſideret. Nos ſpeciale ipſi Alphoſo gratiam facere volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliſque Eccleſiaſtiſſicis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ferie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præſentium auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabili Apoſtolicæ firmitatis robur adicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio hujusmodi Decreti.

§.5. Decernentes etiam præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, ac integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniffime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores, judicari, & diſſini debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ejuſdem confirmationis firmitas.

§.6. Non obſtan. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Congregationis præſatorum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inferriſ habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 9. Jan. 1736. Pont. noſtri Anno VI.

Cat. die 9. Jan. 1736. An. VI.

F. Card. Oliverius.

Con-

Confirmatio aliquot novarum Constitutionum, & Ordinationum in Capitulo generali Ordinis Fratrum Bethlehemitarum in Indiis occidentalibus anno 1730. in Civitate Mexican. celebrato pro foelici regimine ejusdem Ordinis editarum.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procerium. **C**rediti nobis coelitus Sacrosancti Apostolatus officii ratio exigit, ut illis, quæ pro foelici Religiosorum Ordinum exercenda Christiana pietatis, atque charitatis præsertim erga Aegrotos, & Convalescentes opera pie, sancteque in Ecclesia Dei Institutorum regimine, & progressu provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, quo firma semper, ac illibata persistant Apostolici muniminis cum a nobis petitur adiungamus firmitatem.

**S. 1.** Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Praefectus, ac Definitorum generales, & Fratres Ordinis Bethlehemitarum nuncupat. in Regnis Mexicano, ac Peruano, reliquisque Indiis occidentalibus dudum a Sede Apostolica Instituti, quod ipsi in novissimo eorum Capitulo generali anno 1730. in Civitate Mexican. celebrato nonnullas novas Constitutiones, & Ordinationes pro salubri, ac prospera Ordinis, ac Fratrum praefatorum directione, regularisque ibidem disciplinæ observantia praefati ejusdem Ordinis, qui ut accepimus majora in dies, benedicente Domino, in his partibus suscipit incrementa statui convenientes, & accomodatas, ac propterea ab ipsius ordinis Constitutionibus alias auctoritate Apostolica confirmatis aliqua ex parte discrepantes, vel etiam forsitan illis ad veritates reservato de super nostro, & dictæ Sedis beneplacito ediderunt, tenoris, qui sequitur, videlicet:

**I.** Primo impofterum expulsionem Fratrum incorrigibilium quotiescumque casus contigerit, fiant reservatis exacte dispositionibus Decretorum sel: rec: Clementis VIII. Urbani VIII., & Innocentii XII. Summorum Pontificum S. V. Praedecessorum, ipsique pro tempore expulsi certiorari, & admoneri debeant, ipsos obstrictos nihilominus remanere votis solemnibus in vim suæ Regularis professionis emissis, quoad ea tamen quæ cum eorum statu compatibilia erunt.

**II.** Cum maxima, ut notum est inter utriusque Regni Conventus distantia, & rara admodum, atque difficillima ab uno ad alterum sit transfretatio, Vicegeneralis pro tempore illius Regni, in quo Praefectus Generalis non residet, contra incorrigibiles, aliosque delinquentes super quibuscumque excessibus procedere, eo-que carcerare, processus compilare, & ita, exigentibus eorum criminibus, ex capite incorrigibilitatis eicere possit, & valeat cum eisdem facultatibus, quas habet, ipsemet Praefectus Generalis totius Ordinis,

Fratres Bethlehemitani nonnullas Constitutiones efformant.

De incorrigibilium expulsionem.

Vicegeneralis facultate procedendi contra eosdem.

servatis tamen Decretis, & Constitutionibus Apostolicis supra enunciatis, nec ejus assensum, & facultatem expectare teneatur, ne inquisiti nimis diuturno carceri subiciantur, utque in re tanti momenti rite, recteque procedatur juxta praefata. Apostolica decreta in singulis capitulis generalibus duodecim ex gravioribus Religiosis eligi omnino debeant, sex videlicet pro Regno novæ Hispaniæ, totidemque pro Peruano, de quorum consilio, & assensu tam a praefato Generali in Regno, in quo resederit, quam in altero a Vicepraefecto generali ad incorrigibilium expulsionem deveniatur. Quoties vero tempore intermedio inter unum, & alterum Capitulum generale aliquem sive aliquos ex memoratis duodecim Religiosis ab hac vita migrare, vel ultra tres dietas absentes, vel legitime impeditos reperiri contingat. Tunc Praefectus generalis in Regno, in quo residet, & in altero Vicegeneralis alium, vel alios in deficientium locum unusquisque cum voto propriorum respective Assistentium ad eundem effectum assumere, & subrogare possit, & debeat.

**III.** In celebratione Capitulum Generalium pro electione Praefecti generalis concurrere debeant personaliter, vel per Procuratorem omnes illi Vocales, qui in Constitutionibus Ordinis Cap. 9. §. 5. sunt designati eo modo, & forma, quibus in dictis Constitutionibus, & literis Apostolicis desuper emanatis praescribitur, dummodo Praefecti, & antiquiores Discreti Conventuum nunc existentium, & impofterum aedificandorum sint, illarum domorum, sive Conventuum, qui prius a Praefecto generali cum suo Definitorio declarati fuerint Conventus formales, nec tales declarari possint, nisi in eis continuo manententur saltem octo Religiosi professi computatis etiam Tertiariis professis vulgo *Donatis*. Praefati omnes vocem habeant activam, & passivam; Discreti vero, & Novitiorum Magistri, qui Sacerdotes fuerint, activam tantum.

**IV.** Nedum Assistentium generalium munus, verum etiam Assistentium cujuslibet Provinciae semper, & quodcumque sit incompatible tam cum Officio Secretarii Generalis, quam cum Officio Praefecti cujuscumque Conventus, & e converso ista cum illis, & si aliquando evenierit, Religiosum aliquo ex praedictis Officiis jam fruentem ad alterum promoveri, tunc officium sive munus, quod prius obtinebat, vacet eo ipso, illudque sic vacans alteri Religioso professi, qui ad id sufficienter idoneus repertus fuerit, conferatur. Quod si Religiosus ad secundum manus promotus, illud acceptare noluerit, Praefectus Generalis cum suo Definitorio generali causas recusationis diligenter scrutetur, compertisque nullius aut levis momenti, ad munus subeundum, eundem Religiosum compellat: Si vero iuste, & legitime reperiantur, tunc in officio, quod administrabat, quatenus id utile Religioni fuerit, usque ad tempus praefinitum perseveret.

De Vocalibus Capituli Generalis.

Incompatibilitate Officiorum.

ret.

ret. Denique quia juxta disposita in Constitutione Cap. IX. §. 9. Assistentes Provinciae Regni, in quo Praefectus Generalis residet, proprium munus exercere nequeunt: Idcirco tunc temporis possint eligi in Superioribus locales hospitalium, & in illis etiam exercere alia officia Conventualia durante ipsius Praefecti Generalis residentia. Ita vero cessante, eoque ab uno ad alterum Regnum se transferente, uni, aut alteri officio renunciare teneantur, nec utraque simul retinere praesumant.

Renunciatio Officiorum, & subrogatione ad illa.

**V.** Quotiescumque unus, aut plures ex Assistentibus generalibus suo officio justis, ac legitimis de causis per Generalem ejusque Definitorium, ut supra, recognoscendis, & approbandis, renunciaverit, aut ab humanis discesserit, tunc idem Generalis una quoque cum ipsius Definitorio eligat, aut substituat alium, aut alios Religiosos in illius, seu illorum officiis, quemadmodum Ordinis constituto praescribit. Si vero qui dicta officia renunciavit, sit ex Assistentibus Provinciae illius Regni, in quo Generalis non residet, tunc poterunt Vicegeneralis & ejusdem Provinciae Assistentes, perpensis prius, ac rite examinatis, ut supra, causis renunciationis, illam reiicere, vel admittere, prout Justitia postulabit; Sic pariter si aliquis aut aliqui deceaserint, ne Religio ullum patiatur detrimentum, alterum Religiosum sive alios pro interim deputare, seu subrogare, ita tamen, ut eodem tempore de dicta renunciatione, & causis, nec non de respectiva alterius Religiosi deputatione, sive Renunciantis confirmatione ab eis provisionaliter facta, certiore reddere teneantur Praefectum Generalem, ad quem una cum suis Assistentibus generalibus spectet tam praefata renunciationis, quam provincialis subrogationis, sive confirmationis in officio approbatio, & confirmatio, atque ideo si comperierint causas hujusmodi renunciantis nullatenus verificari, neque subsistere, tunc, etiam si a Vice generali cum ejusdem Provinciae Assistentibus, dicta renunciatio approbata fuisset, illam reiicere, & ad officii exercitium etiam reluctantem adigere, ac similiter deputationem, & subrogationem provisionaliter factam in casu mortis, quoties iustum id esse cognoverint, reprobare possint, ac valeant.

At in Assistentem qui eligi non possunt.

Notes eligendi in Generali.

**VI.** Nullus in Assistentem generalem eligatur, nisi prius, vel Assistentis Provinciae, vel Secretarii generalis munus per triennium exercuerit, vel per consimile tempus Magister Novitiorum, vel Praefectus, aut Vicepraefectus, sive Praesidens cujusvis Conventus, Domus, vel Hospitalii fuerit, Sacerdotibus tamen semper exclusis.

**VII.** Quamvis in Constitutionibus Ordinis Cap. 9. §. 3. expresse disponatur quod eligendus in Generalem inter cetera requisita, illud etiam habere debeat, quod ad minus bis aliquod ex Religionis hospitalibus gubernaverit, nihilominus, ut omnis dubietas de medio tollatur, quæ magis idonei electionem aut retardet, aut impedit, hujusmodi requisitum polleere censentur.

Bull. Rom. Tom. XIV.

tur, omnes, & singuli Religiosi, qui duabus saltem vicibus exercuerint officium Praefecti, aut una Praefecti, altera Praesidentis, sive una Praefecti, vel Praesidentis, altera vero Secretarii Generalis, vel Assistentis Provinciae (Sacerdotibus semper exclusis) dummodo in unoquoque ex praefatis officiis triennium expleverint.

**VIII.** Cum experientia teste aliquando haud facile sit, Religiosos invenire, qui officium Praefecti exercuerint, & ceteroquin aliis omnibus requisitis, ac qualitatibus praediti sint, ut in Novitiorum Magistros quemadmodum Constitutio praecipit eligi possint. Hinc ne hujusmodi difficultas huic electioni officiat, a qua cetera pendere dici potest, Praefectus Generalis una cum suo Definitorio plenam habeat impofterum facultatem eligendi, & ad nominandi in Novitiorum Magistrum quemcumque dicti Ordinis Religiosum, qui morum probitate, ac gravitate commendetur, & ad hujusmodi officium aptum esse atque idoneum in Domino comperiat, quamvis memorato requisito Praefecti careat, isque nihilominus cum hujusmodi munus Magistrum Novitiorum per triennium exercuerit in Capitulis generalibus vocem habeat tam activam, quam passivam, si vero Sacerdos activam tantum.

De Magistro Novitiorum eligendo.

**IX.** In omnibus electionibus, is, in quem concurrat major pars votorum ultra medietatem eligentium, censetur canonicè electus, & electio legitima pronuntiabitur, quod si electus inter vocales connumeretur, ejus votum, sive Schedula a scrutatoribus omnino recognosci debeat, compertoque sibi suffragium dedisse, cum hujusmodi electio sit ipso jure nulla, ad novam deveniatur electionem, quamvis omnia vota in eum convenissent, ac ipse pro illa vice ineligibilis prorsus evadat.

In omnibus electionibus requiritur major pars votorum pass.

**X.** Nullus sive Novitiorum sive ex Religiosis professis, voce activa, aut passiva pro quocumque officio gaudere possit, nisi post elapsum triennium a solemnibus professionis emissionem, neque Praefectus Generalis, nec Definitorium generale ullo modo in hoc dispensare valeant, vel praesumant.

Nemo gaudet voce activa, & passiva nisi post triennium ab emissionem professionis.

**XI.** Intimatio personalis convocatoria ad effectum accedendi, & respective suffragandi in futuris Capitulis generalibus transmitti debeat, per annum saltem ante illorum celebrationem unicuique ex Praefectis localibus, primis Discretis, & Novitiorum Magistris utriusque Regni, qui in suis respective Conventibus propria officia actu exercebunt. Quod si ad eosdem, & praecipue ad ultramarinos, quibus facilius id accidere poterit, vel nullatenus, vel tandiu ante, intimatio non pervenerit se se pro intimatis, & convocatis haberi debent. Illi autem, pro veris vocalibus habeantur, & sint qui de tempore convocatoria praefata munera exercent, licet ipsi fuissent jam deputati Successores, vel isti de tempore, quo Capitulum celebrabitur, suorum numerum jam fuerint possessionem adepti, atque ideo ab officio cessaverint, vel propter triennium lapsum sive alia de causa,

De intimatio-nibus pro Capitulis generalibus.